



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 41. Imperatoris postulata de danda Græcis facultate publice sacra  
faciendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

## §. XLI.

Sæcul. XV.

A. C. 1439.

*Imperatoris postulatio de danda Græcis facultate publice sacra faciendi.*

Absoluta Decreti subscriptione, Imperator postera die Papam rogabat, ut sacrum Sacrificium in eadem Ecclesia celebrandum Græcis concedat, assistente ipso Pontifice, Cardinalibus, ac Præsulis Latinis. Papa missis ad Imperatorem Cardinalibus, quam Lithurgia uterentur, edoceri voluit; Cum vero illam Archiepiscopus Rhodius eis exposuisset, hi totam rituum rationem ad Pontificem referunt, qui, priusquam publice sacris operari græcis permetteret, aut ipsemet Papa eorum Sacrificio præsens interesset, consultius fore judicabat, si ex cujusdam Græci Sacerdotis Missa privatim, & juxta eorum ritum celebrata certius caperetur experimentum, utrum in eorum Liturgiis, quod offendere posset, quicquam occurrat. Græcorum Imperator comperito Pontificis responso sibi ab Oratoribus delato aquievit, nec amplius petitioni suæ institit.

## §. XLII.

*Quæstiones Imperatori Græcorum a Papa propositæ.*

Pontifex apud Imperatorem plures alias,  
Gg 5 quæ